



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXVI. Ritter Albert und Knappe Gebhard von Alvensleben stiften zwei wöchentliche Eier-Spenden für die Nonnen des Klosters Neuendorf, am 4. Januar 1316.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

secundis feriis per circulum anni ministranda, quodocunque lacticinia non sunt devitanda. Et propter hec in prebendis earum nullum pati debent detrimentum. Insuper ob devocionem et amorem quam (sic) ad predictas Sanctimonialia gero et habeo, diem et obitus mei et anniversarium meum singulis annis peragere promiserunt. Testes huius donationis sunt dominus Albertus de Aluenfleue, miles, et Gheuehardus de Aluenfleue, famulus, qui predicta placitauerunt et placitis interfuerunt et quorum sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini M. CCC. XVI. in die octava Sanctorum Innocentium.

Orig. in M. 2 Siegel, dreieckig, mit dem Schilde der von Alvensleben. — Gerden, Dipl. II, S. 85.

XXVI. Ritter Albert und Knappe Gebhard von Alvensleben stiften zwei wöchentliche Gier-Spenden für die Nonnen des Klosters Neuendorf, am 4. Januar 1316.

Ne — — Hinc est quod — — cupimus fore notum quod nos Albertus miles, Geuehardus famulus, patrum (patruales?) de Aluenfleue dedimus sedecim marcas argenti conventui sanctimonialium in Nyendorp ob amorem dei omnipotentis et pro salute animarum omnium parentum antecessorum nostrorum ac successorum, de quo argento seu elemofinis cum consilio et auxilio conventus et sanctimonialium predictarum comparavimus tantum de redditibus quod cuilibet omnium dominarum dicti conventus perpetuo tempore dabuntur duo ova omnibus ac singulis quartis feriis et sabbatis quodocunque non solent lacticinia devitare (devitari?), et propter hoc in prebendis earum consuetis nullum pati debent detrimentum. Insuper ob devotionem et amorem que predictae domine ad nos et parentes nostros gerunt, diem omnium parentum nostrorum antecessorum et successorum singulorum volunt successive peragere annuatim. Igitur ne per oblivionem in his aliqua dubietas suboriatur, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Caleuorde, anno domini M. CCC. XVI., die octava sanctorum Innocentium.

(Orig. fehlt.) Nach Reichard's Abschrift.

XXVII. Markgraf Woldemar schenkt dem Kloster Neuendorf die Hälfte der Bede von 18 Hufen in Querstedt und die Obergerichte in Staaß und Borwitz, am 2. März 1317.

In nomine domini Amen. Ad memoriam univerforum presentium et futurorum perveniat presens scriptum. Quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, voluntario proposito dedimus et damus medietatem precarie decem et octo mansorum in villa Querstedt jacentium annis singulis in respectu aliorum mansorum precariam dantium in quantitate